Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ne qui docet in doctrina. Qui exhortat: in exhortando
Qui tribuit in simplicitate. Qui preest in sollicitudine. Qui miserat in hilaritate. Dilectio sine simu-
latione. Odientes malum adherentes bono. Caritate fraternitatis in invicem diligentes. honore in vi-
cem prevenientes. Sollicitudine non pigri. spiritu
ferventes: domino servientes. Spe gaudentes: in tribu-
latione patientes. Orationi instantes: necessitati-
bus sanctorum communicantes hospitalitatem sectantes
Benedicite persequentibus vos. benedicite et nolite ma-
ledicere. Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus.
Id ipsum in vicem sentientes. non alta sapientes
sed humilibus consentientes Gē Misit dnus verbum suum
et sanavit eos et eripuit eos de interitibus eorum v Confiteantur do-
mino misericordie eius et mirabilia eius filiis hominum Alla v Dnus
regnavit exultet terra letentur insule multe Secundum iohannem
In illo tpe. nuptie facte sunt in cana galilee: et erat
mater ihu ibi. Vocatus est autem et ihus et discipuli
eius ad nuptias. Et deficiente vino. dicit mater ihu
ad eum Vinum non habent. Et dicit ei ihus. Quid
mihi et tibi est mulier? Nondum venit hora
mea. Dicit mater eius ministris. Quodcumque dixerit
vobis facite. Erant autem ibi lapidee hydrie sex po-
site secundum purificationem iudeorum capientes singule
metretas binas et ternas. Dicit eis ihus. Impple-
te hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum.
Et dicit eis ihus. Haurite nunc et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustavit architriclinus
aquam vinum factam et non sciebat unde esset ministri
autem sciebant qui hauserant aquam vocat sponsum